

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

regnabit post me. et ipse sedebit in solio meo: et ecce adonias regnat te dñe mi rex ignozate. **M**actauit boues et pingua queq; et arietes plurimos: et vocauit omnes filios regis. abí athar quoq; sacerdotem et ioab principem militie: salomonem aut seruum tuum non vocauit. **V**eruntamen domine mi rex in te oculi respiciunt totius israel: ut indices eis quis sedere debeat in solio tuo dñe mi rex post te. **F**uitq; cum dormierit dominus meus rex cum patribus suis: erimus ego et filius meus salomon peccatores. **A**dhuc illa loquente cum rege ^{s. vel ta.} nathan propheta venit. **E**t nunciauerunt regi dicentes: **A**dest nathan ^{s. vel in.} propheta. **C**unq; introisset ante ^{s. vel tu.} conspectum regis. et adorasset eum prius in terram. dixit nathan: **D**omine mi rex tu dixisti adonias regnet post me. et ipse sedeat super thronum meum: **Q**uia descendit hodie et immolauit boues et pingua et arietes plurimos. et vocauit vniuersos filios regis et principes exercitus. abíathar quoq; sacerdotem: **I**llisq; vescētib; et bibentibus coram eo: et dicētib; viuat rex adonias. me seruum tuum et sadoch sacerdotem et banaiam filium ioiade et salomonem ^{s. vel famulū.} filium tuum non vocauit. **N**unquid a dño meo rege exiuit hoc verbuz: et michi non indicasti seruo tuo qui sessurus esset super thronum dñi mei regis post eum? **E**t respondit rex dauid dicens: **V**ocate ad me bersabee. **Q**uē cum fu-

isset ingressa coram rege: et stetit ante eum. iurauit rex et ait: **V**iuat dñs qui eruit animam meam de omni angustia. qz sicut iuravi tibi per dominum deum israel dicens: **S**alomon filius tuus regnabit post me et ipse sedebit super solium meum pro me: sic facias hodie. **S**umisq; bersabee in terram vultu: adorauit regem dicens: **V**iuat dominus meus rex dauid in eternum. **D**ixitq; ^{s. i. iustū.} rex dauid: **V**ocate michi sadoch sacerdotem et nathan prophetam et banaiam filium ioiade. **Q**ui cum ingressi fuissent coram rege. dixit ad eos: **T**ollite vobiscum seruos domini vestri. et imponite salomonem filium meum super mulam meam et ducite eum in gion. et vngat eum ibi sadoch sacerdos et nathan propheta in regem super israel. et canetis buccina atq; dicetis: **V**iuat rex salomon. **E**t ascendetis post eum et venietis in hierusalē. et sedebit super solium meum. et ipse regnabit pro me: illiq; precipiam ut sit dux super israel et super iudam. **E**t respondit banaias filius ioiade regi dicens: amen. **S**ic loquat dñs deus domini mei regis. **Q**uomodo fuit dominus cum dño meo rege. sic sit cum salomone: et sublimius faciat solium eius solio domini mei regis dauid. **D**escendit ergo sadoch sacerdos et nathan propheta et banaias filius ioiade. et cerethi et pheleti. et imposuerunt salomones super mulam regis dauid: et adduxerunt eum in gion. **S**upsitq; sadoch sacerdos

¶ Dulam. Dauid alij ecclesiam alij synagogam. ppter in fecunditatem dicunt.